

1356.

1302 d. 8 Jan.

Sigarsö.

Biskopen Ysars i Strengnäs intyg, att prestmannen Johannes, som vid sin resa utomlands erkänt sig vara skyldig sin broder Fromhold 60 mark penningar, inför Biskopsembetet öfverlåtit till bemålde sin broder alla inkomsterna af sina församlingar under sin bortovaro, tills skulden blifvit betald.

B. 9: 77. v.

¶ Omnia vt prius.

¶ Notum facimus per presentes, quod dilectus clericus noster johannes vt prius, in presencia nostra Recognouit se obligatum fromoldo fratri suo jn sexaginta marchis denariorum pro quibus sibi omnes prouentus ecclesiarum suarum tempore absencie sue dereliquit coram nobis quousque Eidem fromoldo fratri suo memoratum debitum jntegraliter fuerit persolutum, jn cuius rei testimonium presentes sibi duximus concedendum, Datum loco et tempore supradicto.

1357.

1302 d. 8 Jan.

Sigarsö.

Biskopen Ysars i Strengnäs tillstånd för samme prestman, att vara borta från sina församlingar i 4 år, för att studera och besöka sina föräldrar.

B. 9: 77. v.

¶ Sicut prius.

Notum facimus per presentes quod nos dilecto clerico nostro domino . . . persone vt ante, gracia studii et visitacionis parentum suum damus licenciam, ad quatuor annos ab ecclesijs suis, continue abessendi, Ne igitur sibi racione huiusmodi absencie sue aliqua jn posterum suspicio valeat suboriri presentes eidem duximus jn testimonium concedendum, Datum vt prius.

1358.

1302 d. 22 Jan.

Sigtuna.

Predikare-Ordens Prioren Olofs vidimation af Munken Thorers bref af år 1298 om ett låntagat Breviarium, med föreskrift, att hvarhelst bemålde Munk kommer att dö, bör Breviarium klostret återställas.

A. 3. c.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Frater OLAUUS fratrum ordinis predicatorum in prouincia dacie Prior et seruus indignus, Salutem in domino sempiternam, Tenore presencium testificor me vidisse subscriptam litteram sub sigillis priorum, siktuniensis et insulensis in hec verba, Omnibus